simulque ~~a nullo~~ alumno[a] conqueritur, sancitum est, ut clericum alienum a) a nullo l.
nullus sibi privet episcopus praeter eius arbitrium, cuius fuerit.
Inf. Caelestinus papa de clericali ordinatione ita delegavit dicens: Cleri ac plebis et ordinis consensus et desiderium requiratur, et tunc alter de altera requiratur et eligatur ecclesia, si de civitatis ipsius clericis, cuius est episcopus ordinandus, nullus dignus, quod evenire non credimus, poterit repperiri. Primum enim illi reprobandi sunt, ut aliquis[a] de alienis ecclesiis merito re- a) aliquid l.
ferantur. Habeat unusquisque suae fructum militiae in ecclesia, in qua suam per omnia officia transegit aetatem. In aliena stipendia minime alter obrepat, nec alii debitam sibi alter audeat vindicare mercedem. Def. Huiusmodi papae[a] Celestini decretum a) papa ~~cod.~~
laudabile iustumque esse nemo ambigit; sed aliquando accidit, ut certa imminente necessitate vel certis existentibus causis episcopus de sede ad sedem transferri licenter possit; quod iam supra latius ventilatum est. Similiter autem ad clericatus officium ex alia ecclesia transitur ad aliam; quod adeo verum est, ut etiam papa Siricius religiosos monachos per canonicos gradus ad episcopalem celsitudinem ascendere statuerit. Hinc est, quod sanctus Papa Gregorius ad Marinianum scribit: ad ordinandum alia monasteria vel ad clericatus officium monachi cum consensu abbatis ex mona-
sterio tolli debent[a]. Quod si abbas sufficienter habet monachos, et dare a) debet ~~cod.~~
noluerit, episcopus, in cuius parrochia est, de his qui superfuerint, sollertius tollat.

25. Ut absque[c] necessitate vel certis existentibus causis episcopus c) f. 130'
de sede transire ad sedem non debeat. Inf. Tu vero quid ad haec obicere poteris? Nicena siquidem synodus diffinivit dicens: Propter